



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

33 Monialium cura Episcopis praecipuè est commissa, super qua maximè
debent invigilare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Prout etiam est locas præventioni contra 34 coegerint aliquam † virginem, vel vi-
duam, aut aliam quamcunque mulierem
30 blasphemos, quorum crimen † est misti-
fori, cap. 2. & ibi Abb. num. 9. de maled.
nisi sint blasphemiae hæreticales, quo ca-
su ab Episcopo, vel Inquisitore hoc crimen
cognosci debet, cap. ut inquisitionis, § pro-
hibemus, de heret. in 6. & Eymer. in direct.
inquisit. par. 2. q. 46. vers. secundū sic ar-
guitur.

Festorum enim † dierum celebratio ca-
dit sub tertium præceptum decalogi, &
partim morale, partim vero cœremonia-
le judicatur, ut per S. Thom. 1.2. q. 100.
art. 3. ad secundum, & 2. 2. q. 112. art. 4.
quem omnes Theologi secuti sunt, ut re-
fert Graff. decis. aur. par. 1. lib. 2. cap. 34.
num. 1. Regulariter enim opera servilia,
quibus homo homini corporaliter servit
diebus festis, cadunt sub dictum præ-
ceptum, ita quod festum violantes mortali-
ter peccent, ut per Navarr. in cap. 13. n.
6 sed quia de pluribus causis quis excusari
potest, ut per eundem Navar. ubi supra, &
per † superiorum rationabilibus de causis
potest dispensari, ut per Graff. d. cap. 34.
num. 14. cùm agatur de peccato, superior
erit Episcopus loci, si commodè adiūti pot-
erit, alias sufficit dispensatio simplicis
Sacerdotis. S. Raymon. in sum. lib. 1. de
ser. circa s̄. junct. glo. in ver. Ec-
clesia.

Quinto, † sanctimonialium cura Epis-
copis præcipue est commissa, cap. unic.
§. fin. de stat. reg. in 6. super qua maximè
invigilate debent, & Sancta synodus ana-
themati subjicit omnes, & singulas perso-
nas cuiuscunque qualitatis, vel conditionis
fuerint, tam clericos, quam laicos, secta-
lares, vel regulares, atque etiam qualibet
dignitate fungentes, si quomodo conque

virginem, vel vi-
duam, aut aliam quamcunque mulierem
invitam, præterquam in casibus in jure
expressis, ad ingrediendum Monasterium,
aut habitum suscipiendum, seu professio-
nem emittendam, quoquomodo eidem
actui, vel præsentiam, vel consensum, vel
auctoritatem interponendo, ut in cap. 18.
de reg. & monial. sess. 25. eandemque ana-
thematis pœnam incurruunt, qui sanctam
virginem, vel aliarum mulierum volunt-
atem, vel accipendi, vel voti emittendi
quoque modo, sine iusta causa impediunt,
ut eodem cap. 18. versio. simili quoque, & ce-
lum, vers. si quis, 32. quest. 2.

Puella vero, qua † habitum regularem
suscipere vult, major duodecim annis esse
debet & non est dispensandum, ut ante
duodecimum annum expletum possit in
Monasterio habitum suscipere: congrega-
tio sacri Conc. super cap: 17. de reg. & mo-
nial. in princip. & cap. puella. 20. quest. 2.
nec potest aliqua ad professionem emit-
tendā admissi prius, quam Episcopus, vel
eo absente, aut impedito, Vicarius, aut aliquis
eo: si sumptibus ab eis deputatus, virginis
voluntate diligenter exploraverit, an coa-
cta, vel seducta sit, an sciat, quid agat. Si
vero voluntas ejus pia, ac libera cognita
fuerit, habueritque conditions requisitas
juxta Monasterii illius ordinis regulam,
Monasteriumque sit idoneum, liberè ei
profiteri licebit, virginis enim voluntas li-
bera esse debet, quia ubi metus, vel coa-
& ctio intercedit, deficit consensus, c. cùm
locum, & cap. gemit. de sponsal. & coacta
professio difficiles exitus frequenter habe-
re solet. arg. text. in cap. requisivit, de
sponsal. & matrim: Professionis vero
tem-